Jahres-Bericht
(Nr. 16)

über das

Real-Progymnasium

der

Stadt Viersen

für das Schuljahr 1891—92

erstattet

von dem Rektor

Prof. Dr. Josef Diekmann.

Inhalt:

Viersen 1892.

1892. Programm Nr. 499.

DRUCK VON M. STOFFELS.

De hiatus fuga
quam invenimus apud Philodemum
Epicureum.

Summam antiquorum scriptorum in componendis libris fuisse diligentiam rectissime Dionysius Halicarnassensis in libri de compositione cp. 5 dicit:

ὅτι πολλὴ πρόνοια τοῖς ἀρχαίοις ἦν καὶ ποιηταῖς καὶ συγγραφεῦσι, φιλοσόφοις τε καὶ ῥήτορσι τῆς ἰδέας ταύτης · καὶ οὔτε τὰ ὀνόματα τοῖς ὀνόμασιν, οὔτε τὰ κῶλα τοῖς κώλοις, οὔτε τὰς περιόδους ἀλλήλαις εἰκῇ συνάπτειν ᾤοντο δεῖν · τέχνη δέ τις ἦν παρ' αὐτοῖς καὶ θεωρήματα, οἷς χρώμενοι συνετίθεσαν εὖ.

Similiter de arte componendi auctor rhetoricorum ad Herenn. IV. cp. XII. § 18 scripsit: „compositio est verborum constructio quae facit omnes partes orationis aequabiliter perpolitas."

Nemo vero nescit Graecorum aures multo teretiores fuisse nostris, ut non paucis rebus offenderentur, quarum nostra verecundia minor est.

Ex earum rerum numero unam elegi quae iam a multis viris doctis digna habita est de qua verba facerent, sc. ingratum illum vocalium concursum quem hiatum nominamus.

Nimirum aliae concursiones aliter veterum aures offendebant. Audiamus de ea re Ciceronem disserentem in Oratore cp. XLIV. § 150: „nam ut in legendo oculus sic animus in dicendo prospicit quid sequatur, ne extremorum verborum cum insequentibus primis concursus aut hiulcas voces efficiat aut asperas. Quamvis enim suaves gravesque sententiae tamen, si inconditis verbis efferuntur, offendent aures, quarum est iudicium subtilissimum."

Similem in modum atque etiam accuratius Quintilianus in Inst. Orat. IX. cp. IV. § 33 sq. haec dicit:

„Vocalium concursus, qui cum accidit, hiat et intersistit et quasi laborat oratio. Pessime longae quae easdem inter se literas committunt sonabunt. Praecipuus tamen erit hiatus eorum quae cavo aut patulo maxime ore efferuntur. E plenior litera est, I angustior est, ideoque obscurius in his vitium. Minus peccabit qui longis breves subiciet et adhuc qui praeponet longae brevem. Minima est in duabus brevibus offensio. Atque cum aliae subiunguntur aliis, perinde asperiores erunt, prout oris habitu simili aut diverso pronuntiabuntur."

Sed ne illud quidem omittendum est non omnem vocalium concursionem esse hiatum; nam Benselero (de hiatu in oratoribus Atticis et historicis Graecis p. 5) assentior qui contra Demetrium Phalereum concursiones quae in uno vocabulo inveniuntur, quales sunt in verbis Αἰαίη, Εὔιος aliis, in hiatuum numero non habet.

Videas autem, quemadmodum Quintilianus orationem suam variet verbis quibus utitur iam certos hiatuum gradus statuens. Conferas quaeso quam diversae sint eius enuntiationes: „pessime sonabunt“, „praecipuus erit hiatus“, „obscurius in his vitium“, „minus peccabit“, „minima est offensio.“

Denique in fine aperte de hiatuum discrimine loquitur, cum dicit: „perinde asperiores erunt — sc. hiatus — prout oris habitu simili aut diverso pronuntiabuntur.“

Atque revera, quamdiu hiatus percepti ratioque eorum habita est, tam diu distincti sunt leviores hiatus et graviores.

Iam ab antiquissimis temporibus hiatus fugam invenimus, i. e. in carminibus Homericis. Homeri usum alii poetae secuti sunt atque ita quidem, ut poesi a carmine heroico ad melica et scaenica progrediente fuga quoque hiatuum crescat, ut tragicorum comicorumque dialogi hiatibus omnino fere careant [1].

Paulatim solutae orationis scriptores poetarum vestigiis ingrediebantur.

Mirandum est ante annum nostri seculi XLI. neminem de hac re accuratius quaesivisse. Primus vero illo anno v. d. Benselerus copiosissime scripsit de hiatus usu in oratoribus Atticis et historicis Graecis, quod opus eum non perfecisse vehementer dolendum est. Partim eum secutus est, partim nova de ea re invenit v. d. Fridericus Blassius in libro: „die attische Beredsamkeit“ et in Musei Rhenani tom. XXX. p. 481 sqq.

Praeterea de singulis scriptoribus alii alia addiderunt, ut Kelkerus de Polybio et Diodoro (Leipziger Studien 1880), Usenerus de Platone (in praefatione ad Platonis convivium p. 8), Dindorfius de Josepho (Fleckeisens Jahrbücher 1869), de Rohden de Philone (Bonnae 1875).

Ex scriptorum Graecorum numero primus Isocrates de hiatu vitando ipse verba facit, ante quem illa res haud ita magni momenti esse videbatur. Immo saepius manifestissimam eius rei neglegentiam invenimus, quin etiam studium hiatus efficiendi. Audias quae Dionysius (π. συνθ. ὀνομ. cp. 22 et de Demosthene 38 sq.) dicat de eo dicendi genere cui nomen sit αὐστηρὰ ἁρμονία quoque utantur Antiphon et Thucydides: dicit autem tantum abesse, ut oratio illa ponderis atque dignitatis studiosa singula verba aliud alii artius adiungat, ut unumquodque quam maxime solutum ponere studeat; quare adeo consonantium concursiones et eas quae hiatibus oriantur lacunas scriptores non vitasse, ut in deliciis eae res habitae sint.

Aliquantum fortasse curae ante Isocratis aetatem in hiatu evitando unus posuit Thrasymachus Chalcedonius qui poetas imitari studebat (cf. Cic. Orat. 175: „cuius omnia nimis etiam extant scripta numerose“).

Transeamus autem ad Isocratem ipsum. De quo, ut omittamus quae variis aliorum scriptorum, ut Ciceronis, Quintiliani, Dionysii Halicarnassensis, Plutarchi testimoniis

---

1) Blass „die attische Beredsamkeit“ II. p. 131.

comprobantur, Spengelius ex Scholiasta Anonymo ut ex Isocratis arte affert: δεῖ τῇ μὲν λέξει τὰ φωνήεντα μὴ συνεμπίπτειν.

Revera Isocratem eam legem in scriptis suis sequi studuisse reperto optimo codice Urbinate luce clarius est.

Nimirum ne ille quidem codex hiatibus plane caret. Ac primum quidem ei hiatus afferendi sunt qui in legendo elisione crasive removeri possunt, quos Blassius rectissime contendit, etiamsi in scriptura admissi sint, nihil offensionis habere, modo ne frequentissime extent. Neque enim putaverim Isocratem, quem plurimis exemplis constat operam dedisse hiatibus vitandis, ubi ad id efficiendum transmutationibus verborum aliisve rebus opus erat, id commisisse, ut hiatus admitteret ubi simplicissima elisione vel crasi evitari poterant. Nemo Graecus certe pronuntiabat δὲ ἀνδρός et καὶ ἐκεῖνος, sed pronuntiabatur δ'ἀνδρός et κἀκεῖνος. Quae res ita inter omnes constabat, ut eam scriptura significare vix opus esset; cf. Corp. Inscr. Attic. I, Nr. 463:

ταῦτ' ἀποδυράμενοι νεῖσθε ἐπὶ πρᾶγμ' ἀγαθόν

et II, Nr. 1442:

(Τηλέμαχ)ός σε ἵερωσε Ἀσκληπιῷ ἠδὲ ὁμοβώμοις.

Eae igitur **elisiones** et **crases** quae tanquam natura datae sunt secundum Benselerum hae fere sunt:

Litera α ante vocales elidenda est
in praepositionibus διά, κατά, μετά, παρά, ἕνεκα;
in particulis ἀλλά, ἄρα, ἆρα, εἶτα, ἔπειτα, ἐνταῦθα, ἵνα, σφόδρα, τάχα;
in exitu generis neutrius numeri pluralis et in terminatione accusativi singularis; hic addiderim talia vocabula qualia sunt μέγα, εὕρημα alia; denique in terminationibus quibusdam verborum, i. e. in aoristi et perfecti terminationibus σα, κα, α et in generis medii μεθα. Accedit forma οἶδα.

Litera ε elidenda est
in δέ, μηδέ, οὐδέ, τέ, μήτε, οὔτε, ὥστε, ποτέ, πώποτε, μηδέποτε, οὐδέποτε, οὐδεπώποτε, ὅτε, τότε, εἴτε, οὔτε, γέ, in pronomine ἐμέ et μέ atque in terminationibus τε et σθε.

Litera ι elidenda est
in ἀντί et ἐπί, in ἔτι et in verbi terminationibus οιμι et αιμι, denique in ἐστί ubi hiatus etiam litera ν adiuncta evitari potest.

Literam ο Isocrates elidere solet in ἀπό, ὑπό, in terminationibus neutrius generis pronominum, in δύο, in verbi terminationibus οιο, οιντο, αιτο, αιντο, ωντο, ουντο, ετο, οντο, αντο.

Craseos exempla quae Benselerus Isocrati assignat haec sunt:
κἄν, κἄν, κἀκεῖ, κἀκεῖθεν, κἀκεῖνος, κἀμοί, κἀμέ, κἀγώ, κἀγαθός — ταὐτά, τἀναγκαῖα, τἀρχαῖα, τἀγαθά, τἀλλότρια, τἆλλα, τἀληθῆ, τἀναντία, θἄτερα, τἀκείνων, τἀκεῖ, τἀμαυτοῦ, τἀμά —

τἀληθές, τοὐναντίον, τοὐμοῦ, θἄτερον, τοὔμπροσθεν, τοὐκείνης, τοὔνομα, ἁγώ, ἠγώ.

Praeter has concursiones quae aut elisione crasive adhibita evitatae sunt aut in libris extantes nos non offendunt, parvus numerus hiatuum restat qui Isocrati aut minimae offensioni esse aut evitari non posse visi sint.

Hiant enim saepius τί, τι, ὅτι, περί, πρό, καί, ἄν in πολὺ ἄν, ὁπότεροι ἄν.

Vocabulum ἄν Benselerus annotat Graecos ita antecedenti verbo annectere esse solitos, ut in pronuntiando duo fere in unum coalescerent verba. Praeterea pausa hiatum defendit.

Nemo non videt horum vocabulorum traiectionem — qua quidem ratione saepissime hiatus vitantur — haud ita bene fieri posse.

Paulo neglegentius Isocrates in orationibus forensibus egit, ubi praeter eos quos attulimus hiatus vocum εἰ, ἤ, articuli formarum — ubi crasis fieri non solet — inveniuntur.

Hanc legem Isocratem de hiatibus adhibuisse inter omnes viros doctos constat. Eadem fere ratione Demosthenes usus est. Nova accedit elisio diphthongi οι in μέντοι, novi hiatus vocum ἐπεί, καίτοι, ποῖ, ὅπου, ἰοὺ — ἰού, μή. Vides igitur Demosthenem non multo neglegentiorem fuisse Isocrate.

Ceteri oratores Graeci, in his etiam Isocratis aemuli, pro sua quisque ratione legem Isocrateam adhibuerunt. Per Theopompum et Ephorum, Isocratis discipulos, res in historicos translata est, per Platonem et Aristotelem in philosophiam.

Quod nonnulli fuerunt qui rem plane neglegerent nihil ad nos. Id saepius ea re effectum est, quod scriptores veterem quendam auctorem, ut Herodotum, Thucydidem imitati sunt. Ita de Critolao Peripatetico apud Ciceronem de finib. V, 5 legimus: „antiquos imitari studuit, gravitate proximus accessit et redundavit eius oratio.“ Num inde effici possit eum hiatum non fugisse necne diiudicare non audeo. In Chrysippi Stoici fragmentis vix verecundia quaedam hiatuum invenitur; sed Stoici nusquam docuerunt eleganter scribendum esse, sed bene, i. e. recte scribi opus esse atque vera dicenda, ut quam maxime dicta respondeant factis.

Etiam longius in contemnenda rhetorica progressus est Epicurus. Qui cum diceret philosophiam rationibus et disputationibus vitam efficere beatam, rhetoricam aliasque disciplinas nihili faciebat. Veritatem solam sapientis investigatione dignam esse dictitans docebat nihil aliud e rhetoribus petendum esse quam orationis perspicuitatem. In libro quem de rhetorica scripsit, vel potius contra rhetoricos, secundum Diogenem Laertium dicit: ‚φύσις γάρ ἐστιν ἡ κατορθοῦσα λόγους, τέχνη δὲ οὐδεμία.‘

Revera in librorum II. et XI. de natura scriptorum fragmentis incuriam quandam cum aliarum rhetorices legum tum eius quae de hiatu vitando est invenimus. Hiatus graviores hos affero:

II,	4, 9 sq.	τρόπῳ ἔσται
	8, 3 sq.	αὗται αἱ αἰσθήσεις
	9, 3	ἔνιαι ἔξωθεν.
XI,	1, 4	ὃ ἤσει ὁ νῦν
	1, 8 sq.	φημὶ ἐν μέσῳ εἶναι
	2, 17	γῇ ὑπαρχόντων
	5, 4	τούτου ἡμῖν
	5, 9	αὐτοῦ οὐκ
	6, 15	ἡλίου ἀοριστείας
	6, 21	διανοίᾳ ὁμοίωμα
	8, 15	ἀδημονεῖ ὑπό
	8, 16	ἡλίου ἀρτίως
	9, 8	διανοίᾳ ἡλίου
	10, 20	περιφορὰ ἡλίου

Epicuri ut magistri vestigiis ingressus est

Philodemus Epicureus

qui cum alibi tum in libro quem de rhetorica conscripsit in rhetores suae aetatis invehitur.

Philosophia enim et rhetorica illis temporibus secretae erant; quarum hanc docebant magistri Hermagoras, Apollonius, Molon, Gorgias Atheniensis, Castor, alii.

Sed iam Philodemi aetate antiqua eloquentia in dies magis contempta omnino perierat, cuius in locum alia dicendi facultas intolerabili se iactans fastu, dico sophistarum successerat.

Talis eloquentiae Epicureum illum ut omnium orationis ornamentorum contemptorem vehementissimum adversarium fuisse necessarium est.

Mihi quidem in mente est quaerere num Epicurei eam quoque legem quae erat de hiatu vitando contemnendam atque inter eas nugas numerandam esse existimarint quibus rhetoricam abundare dicebant. In scriptorum quidem reliquiis lex nusquam commemorata est, sed haec argumentatio quae ex silentio fit nobis sufficere non potest. Si ad certum finem pervenire volumus, facere non possumus, quin accurate scripta a Philodemo Epicureo composita pervestigemus, ut statuamus num ille et ipse eam legem secutus sit. Quod si factum inveniamus, concedendum sit eum legem illam non pro subtili artificio, sed pro lege naturali habuisse quam aurium natura postularet.

Repertis autem Voluminibus Herculanensibus satis multa scripta Philodemi habemus, ut certa de nostra quaestione efficere possimus.

Librorum eius vero hi magis minusve diligenter a diversis editoribus emissi sunt:

1) Φιλοδήμου περὶ ὀργῆς ed. Gomperz 1864 Lipsiae in aedibus Teubneri.

2) Φιλοδήμου περὶ εὐσεβείας ed. Gomperz, herculanensische Studien II. 1866 ibid.

3) Φιλοδήμου περὶ σημείων καὶ σημειώσεων ed. Gomperz, herculanensische Studien I. 1865 ibid.

4) Φιλοδήμου περὶ ῥητορικῆς ed. Gros Parisiis 1850.
Qua cum editione conferas: Philodemi de rhetorica liber quartus. Ex voluminibus Herculanensibus Oxonii MDCCCXXV excusis ed. Leonard. Spengel in „Abhandlungen der philosoph.-philolog. Classe der Königl. bayr. Akademie der Wissenschaften“ Bd. III. Abt. 1. München 1840.

5) Φιλοδήμου περὶ κακιῶν καὶ τῶν ἀντικειμένων ἀρετῶν
l. IX. περὶ οἰκονομίας ed. Carolus Goetlingius Ienae 1830;
eundem librum ed. Hartungius Lipsiae 1857.
l. X. περὶ ὑπερηφανίας ed. Hartungius Lipsiae 1857;
eundem librum ed. Sauppius Lipsiae 1853 et Ussingius Havniae 1868.

6) Φιλοδήμου περὶ ποιημάτων frgg. philologis Gothae conventum agentibus anno 1840 Parisiis edenda curavit Fridericus Duebnerus.

7) Philodemi de musica librorum quae supersunt anno 1884 Lipsiae in aedibus Teubneri edidit Ioannes Kemke. De qua editione anno post Gomperzius scripsit: „Zu Philodems Buechern von der Musik“ Vindobonae 1885. Iam anno 1806 prelum reliquerat: „Philodem von der Musik“, ein Auszug aus dessen viertem Buche, aus dem Griechischen einer herculanischen Papyrusrolle übersetzt von Christoph Gottlieb von Murr.

8) Φιλόδημος περὶ θανάτου δ' ed. Siegfr. Mekler Vindobonae 1886.

Has editiones in manibus habens rationem Benseleri sequar, qui de omnibus uniuscuiusque scripti hiatibus loquitur, atque ab eo libro incipiam cuius editionem optime instructam habemus, sc.

Φιλοδήμου περὶ ὀργῆς

ed. Gomperzius.

Inventus est hic liber ab effodientibus operis inter mille septuaginta fere volumina anno 1753 Herculanei in villa quadam atque eius extant exemplaria duo, Oxoniense et Neapolitanum. Ipsum volumen Gomperzius non vidit. Exemplum Oxoniense quod „affabre delineatum“ est a Georgio IV. Britanniae rege sibi donatum anno 1824 iuris publici fecit Academia Oxoniensis. Neapolitanum exemplum in altera collectione voluminum Herculanensium editum est. Gomperzius exemplar Oxoniense quod plenius est eique maiore cum diligentia factum videtur integrum e lapide recudi iussit, Neapolitani eas tantum paginas quae in Oxoniensi desiderantur, sc. eam cui titulus inscriptus est et fragmenta I., II., aut in quibus discrepantia maior esse videbatur, quam quae alio modo apte reddi posset, sc. frgg VI. VII. VIII. Videamus igitur quae hic liber nos de hiatu doceat.

Num Philodemus iam in titulo ipso hiatum illum nobis non ignotum vocis περί admisisse statuendum sit, tum demum iudicabimus, cum plura eius usus exempla invenerimus,

quoniam hic sola vox ὀργῆς servata est. Conferendum est Philodemum in libro ipso I, v. 16 sq. scripsisse Βίων ἐν τῷ περὶ τῆς ὀργῆς καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ παθῶν θεραπευτικῷ; praeterea XXXVI, 24 invenis de ipsius libro dictum: ἐν τῷ περὶ παῤῥησίας λόγῳ. Ad hanc quaestionem post redeundum erit.

Hiatum I, 10 ἐγκεχειρηκέναι, ἀδολέσχως errore manifesto contra codicis auctoritatem a Gomperzio in textum illatum iam ipse in Addendis sustulit recte scribens ἐγκεχείρηκεν, ἀδολέσχως; atque revera non legitur ineptum esse τὸ ψέγειν ἐγκεχειρηκέναι, sed vituperare ineptum esse disseruit, sc. is qui supra commemoratus fuit.

I, 12 καθάπερ pro simplici καθά vel καθό propter insequens εἴωθεν positum esse potest; cf. VIII, 17 καθάπερ ἀποδηλοῦσιν, XXXV, 2 καθάπερ ἀμέλει, alios locos.

I, 15 μηδὲ ἕν hiatus ubique admissus est.

I, 16 Gomperzius HBΛ . . . N falso legit ἢ ἄλλως (ὡς) uncis significans sese suspicari vocem ὡς in archetypo excidisse. Luce clarius est scribendum esse: εἰ μὲν οὖν ἐπετίμα τοῖς ψέγουσι μόνον, ἄλλο δὲ μηδὲ ἓν ποιοῦσιν ἠβαιόν, ὡς Βίων κτλ.; i. e. si vero eos reprehenderet qui tantum vituperant aliud ne tantillum quidem facientes, ut Bion . . . . et Chrysippus etc.

I, 19 κἄν scriptum est pro καὶ ἄν.

I, 23 invenitur τιθέναι πρὸ ὀμμάτων; putaverim a Graecis haec duo vocabula pronuntiando in unum fere confusa esse, ut fere pronuntiata sint προὐμμάτων; idem Gomperzius IV, 16 recte legisse videtur: τε(θέ)ντα δ(ὲ) πρὸ — traditum est ΠΡ(— ὀμμάτων. 2) Reminiscaris etiam Isocratem hiatum vocis πρό admisisse.

II, 9 levissimum hiatum δὲ ἔξω in codice scriptum invenimus, sed elisum est v. 16 ἀφ' ἧς, v. 17 δι' ἥν.

Tum Gomperzius summa cum audacia textum restituere conatus duos hiatus in hac columna v. 16 (καὶ ἀναγωγί)α(ς) (cf. Addenda) et v. 22 (ἰα)τρο(ὶ ἔχον)τες effecit.

Quoniam autem nec Philodemi rationem hiatus admittendi iam novimus et in locis, ut vides, lacunosissimis alia proponere ineptum atque inutile sit, has Gomperzii coniecturas silentio praeteribimus. Idem dicendum est de supervacaneo illo (ο) III, 25, cuius in codice etsi hoc loco integro vestigium nullum.

Omnino ei loci ubi pluribus verbis audacter insertis concursiones vocalium fiunt nobis praetereundi erunt, praesertim cum nimirum editoris magis interfuerit restituere quae cogitarit scriptor quam quibus verbis in scribendo usus sit.

In Col. III litera ε vocabuli δέ ter elisa est (v. 8. 9. 12), litera α semel in παρά (v. 16). Videmus magnam librarii diligentiam esse; quare ΔΕΕΞΩ II, 9 scriptum sit non est quod disseramus, quoniam verba antecedentia desunt.

V, 11 ε vocis οὐδέ elisum est,

v. 14 invenitur γ' ἐπ' ἴσον,

---

2) uncis includo quae in apographo tradita non sunt.

v. 25 δ'ἐστί.

Videmus elisiones usitatissimas quas supra enumeravimus a librario in scribendo adhibitas esse.

Porro **V, 11** ἕνεκεν ἰατροῖς pro ἕνεκα et **v. 18** αἱ θέλουσαι pro usitatiore ἐθέλουσαι posita videntur, illud propter sequens ἰαροῖς, hoc propter antecedens αἱ. His exemplis addas **IV, 22** (κ)εχρῆ(σθ)αι θέλουσιν. Praeterea forsitan XXXI, 3 διερεθίζων pro vulgari ἐρεθίζων propter antecedens καί scriptum sit.

De simili usu vocis διότι infra loquendum erit.

Columnae **III., IV., V.. VI.** hiatibus plane carent.

De **Col. VII. v. 12** quamvis una cum antecedentibus et sequentibus versibus optime servato desperandum est; quod tamen Gomperzius etsi cruce appicta scripsit: γνωστά, ἃ προσθησόμεθα iam codicis literis ΓΝΩΣΤΑΣΑΡΚΟΣΘΗΣΟΜΕ refellitur.

VII, 18 a librario scriptum est καὶ ἐπί, sed quod idem XLIV, 2 κἀπί scripsit et ibidem v. 6 denuo καὶ ἐπί, comprobare videtur eam coniunctionem per synizesin legi solitam esse quam literis significare opus non fuerit.

VII, 2 κἄ(ν) extat pro καὶ ἐάν.

VIII, 16 legitur hiatus καὶ ἀγωνίας i. e. vel pugnas.

ibid. **v. 22** hiatus δάσασθαι, εἴτ' ἐπί pausa excusatur, praesertim cum Philodemus hic ad alteram enunciati partem transeat.

VIII, 22 vides novam elisionem accedere vocis εἴτε.

Col. IX hiatibus plane caret.

X, 20 editor falso legit τρέπ(ουσ)ιν τὸ σωμάτιον φόρῳ εἰς ἐ(π)ικινδύνους ἀῤῥωστίας. In exemplo Neapolitano inter ΦΟΡΩ et ΕΙΣ lacuna est, Oxoniense ΦΟΡΩΣΕΙΣ continet. Quid sibi vult φόρῳ, cum vox φορῶς i e. vehementer optimum sensum praebeat?

X, 15 et **XI, 11** iterum κἄν ortum est ex καὶ ἐάν.

Col. XI et **XII** nihil offensionis habent.

Col. XII duas crases continet κἄπειτα (**v. 17**) et τἀπίχειρα (**v. 19**).

XIII, 10 συμπλεκόμε(νοι αὐτοί) errore Gomperzii effectum est. Ut omittam nominativi formam αὐτοί iam propter antecedens αὐτοί hic ineptam esse, equidem dativum verbo συμπλεκόμενοι adiciendum requiro; cf X, 12 συμπλέκον(ται) . . . . τοῖς συμπτώμασιν. Cuius dativi vestigium in litera I ante παροινοῦνται scripta inesse putarim. Itaque sic scribendum existimo: καὶ διὰ τοῦτο πάλιν θυμοῦνται καὶ συμπλεκόμενοι λύττῃ παροινοῦνται. Eandem vocem λύττα invenis XXXVIII, 29.

XIII, 18 denuo videmus lapsu librarii δὲ οὖν hiare; sed cum satis saepe illud ε elisum fuerit, de eiusmodi lapsibus iam verba non faciemus, nisi usus singularis adhibitus esse videbitur.

Ne vocabulum καί hiatum efficiat, certe optime crasi impediri potest, ut factum est in κἄν et κἄπειτα.

Sed nemo non intellegit id apte fieri non posse nisi hac voce vim nostri „und" habente. Iam supra VIII, 16 καὶ ἀγωνίας repperimus, ubi καί vertendum est „sogar".

Difficillimum certe est locum vocis καί hanc vim habentis mutare, atque idem dicendum est de notione „auch“ quae saepissime cum illa promiscue adhibenda est; cf. XXXVIII, 18 sq. οὐ κακόν, ἀλλὰ καὶ ἀγαθόν.

Excusandus igitur propter evitandi difficultatem est hiatus **XIV, 21** προάγεται (δὲ) καὶ ἀσεβεῖ(ν) quem manifestissime codex continet.

Praeterea commemoraverium usum craseon cum aliorum tum vocabuli καί cum verbis insequentibus factarum angustis quibusdam finibus apud Graecos conclusum fuisse. Ita **XIV, 29** in τῶν συντελ(ο)υμένων τε καὶ ἀ(πα)ντωμένων crasis facta non esse videtur propter antecedens τε.

XV, 13 κλαίοντες ἐφ' οἷς ἐπαρῴνησαν Philodemus rursus scripsisse videtur, ut evitaret hiatum κλαίοντες ἐπὶ τούτοις, ἃ ἐπαρῴνησαν.

XV, 22 (ἢ) ἕνα χαλκοῦν ἀποβαλών etsi ἢ in archetypo excidit, tamen iam propter enunciati sensum probandum mihi videtur, praesertim cum XXXVII, 29 ἢ ἀνάλογον et XL, 39 ἢ ἀλλότριον sine ulla dubitatione legendum sit. Quod Sauppius supplevit οἳ ἕνα χαλκοῦν, non tantum hiatum multo graviorem efficit, sed etiam minus bene intellegi potest.

Novae elisiones accedunt. **XV, 12** ἀλλ' et **v. 17** ταῦθ'.

XVI, 15 Philodemus scripsit ἡ ἀδελφή, soror eius; non desunt alia articuli in hiatu positi exempla, quae suo quodque loco afferenda erunt.

XVII, 21 καί hiat, sed addendum est extare καὶ ἀπειλῶσι καὶ ῥαπίζωσιν.

In Col. XX errore Gomperzii duo hiatus illati sunt καὶ ἀνακαλούμεν(ον) (v. 5) et gravior ὁπωσδήπου αὐτοῖς (v. 37) ubi archetypus κἀνακαλούμεν(ον) et ὁπωσδήποτ' αὐτοῖς habet.

XXII, 22 apographum Oxoniense ΑΧΡΑΝ continet, Neapolitanum ΑΧΡΙΑΝ neque negarim hic Philodemum hiatum admisisse, sed in mentem revoces ἂν ita a Graecis antecedenti verbo annecti solitum esse, ut in pronuntiando duo fere in unum coalescerent verba. Praeterea in literae ι cum aliis vocalibus concursione minima offensio, ut ait Quintilianus, inest, quippe quae creberrima sit in eodem verbo inprimis litera α sequente.

Elisionibus adhuc inventis adiungendae sunt καθ' et εἶτ' XXII, 18, μήποτ' XXIV, 5, σφόδρ' XXIV, 27, crasibus κἂν XXIII, 19 et τἆλλα ibid. 32.

In **Col.** XX**IV** καί bis (vv. 2 et 17) non coniunctum est cum verbo insequenti sed illo loco καὶ-καὶ-καὶ-καί invenimus, hoc loco οὐ μόνον, ἀλλὰ καί; quattuor καί denuo habemus XXVI, 16sqq. atque ibi quoque hiat καὶ ἀγωνίας. Habemus igitur eius rei nunc satis multa exempla, in posterum tantum observabimus, num etiam simplex καί, i. e. „et“ in hiatu inveniatur.

In **Col. XXV** invenis ὑπ' (v. 17), ὑφ' (v. 18), μεθ' (v. 27).

XXVIII, 28 attractionis forma adhibita est propter aliam causam atque hiatus fugam sc. ut scriptor absonum illud διὰ τὰς αἰτίας, ἃς evitaret; idem invenis XXXVI, 23 sq.: δι' ἃς αἰτίας ἐν τῷ περὶ παρρησίας λόγῳ κατετάξαμεν,

XXIX, 24 gravior hiatus extat quam quos adhuc invenimus: μύρι' Ἀχαιοῖς ἄλγη ἔθηκεν, sed nemo non videt versum Homeri afferri (Il. A, 2) quem mutare ineptum fuisset; contra

studium hiatus evitandi probatur coniunctione κἀπαντῶσι (v. 17) novaque elisione ὅθ' (v. 23).

Col. XXX nos docet quemadmodum Philodemus vocem ὅτι quae in utramque partem hiare potest adhibuerit. Nam in v. 12 archetypi legimus ὅτι οὐ μόνον, quod post verbum ὑπομιμνήσκομεν sine ulla dubitatione retinendum est pro ὅτε quod Gomperzius in textu posuit. Hiatus vocabuli ὅτι iam ab Isocrate pro levissimo habitus atque saepe admissus est. Alterum exemplum invenis XXXVIII, 2 ὅτι ἀ(π)ό. Contra ne litera ο cum verbo antecedenti hiatum efficeret, Philodemus ter in hac columna cavit pro ὅτι ponens διότι: extat enim καὶ διότι in vv. 3. 23. 30. Aliud eiusdem rei exemplum habes XXXI, 3 γιγνώσκει, διότι. Elisiones accedunt vocabulorum μηδέ (v. 34) atque in sequenti columna vocabuli οὔτε (v. 32), praeterea XXXI, 1 crasis τοὐναντίον. XXXII, 20 hiatus πάντα ὄκνον nos offendit, sed noli oblivisci scriptorem nostrum inde a XXXI, 27 Peripateticorum verba afferre, ubi certe hoc enunciatum invenit; adiunguntur hiatus καὶ ἀκινήτως (v. 21) et τε ὑπάρχειν (v. 16).

XXXII, 34 περὶο(ὐ) vero una cum aliis locis nos cogit concedere Philodemum περί in hiatu admisisse. Alia exempla habes XXXVIII, 29 et IL, 3.

XXXIII, 34 coniunctione inusitata ἀλλὰ οὐκ verba Antipatris repetuntur.

XXXV, 23 καὶ ἐπιτεταμένη tandem videmus Philodemum ne tum quidem καί in hiatu ponere veritum esse, cum simplex „und" est. Alterum exemplum XXXVI, 35 extare videtur: τῷ πικρῶς λαλεῖν κα. ἐπιτεταμένως. Saepius autem res crasi sanata est.

XXXVIII, 33 alteram articuli formam τό hiatum efficientem invenimus in τὸ ἀ(ν)αδέχεσθαι. Idem invenimus XLVI, 30 τὸ ἑκούσιον.

In **fine col. X XIX** legimus ὁρώμενοι, διότι παντὸς ἐστέρηνται τοῦ προσαναρτηθέντος ὑπὸ τούτων. Iam supra dixi διότι vocali antecedente pro ὅτι adhiberi, praeterea ὑπὸ τούτων inusitatum in modum non inter articulum et participium positum est, ne extaret τοῦ ὑπὸ τούτων, qui hiatus, quod simili oris habitu, ut ait Quintilianus, pronuntiaretur, in gravium numero habendus esset. Conferas eiusdem col. v. 26 τὸ πρὸς τὰ τηλι αῦτα ἐμπόδιζον ubi hiatus in legendo elisione tollendus est, et v. 1 τὴν μετὰ τῶν φίλων συμβίωσιν.

XL, 23 Gomperzius rectissime in eis quae libro suo addidit hiatum qui mihi molestissimus videtur ὁ ὁπωσδήπου amovit ille quidem corrigens οὑπωσδήπου.

XLII, 28 ὡς εἰς δι'αὐτὸ αἱρετόν ex sensu aliorum, i. e. τῶν ματαίων (v. 24) dictum est, de quibus Philodemus verbis οἰομένων, καταστρεφόντων, νομιζόντων utitur, deinde ipse loqui pergit: ἀνημέρῳ συμπέπλεκται διαθέσει, καθάπερ ὑπεδείξαμεν καὶ προιόντες ἔτι παραστήσομεν. Cum hic formam dicti quod affert δι' αὐτὸ αἱρετόν non mutarit, duabus columnis post XLIV, 30 ipse dicit ὡς πρὸς αἱρετὸν δι' αὐτό.

XLIII, 12 pro (τὸ) αὐτὸ scribere malo ταὐτό, cum Philodemus ubique ea synizesi usus sit atque hae literae ad lacunam explendam sufficiant. **XLIV, 2** pro ῥηθήσεται ὁ σοφός scribere malo ῥηθήσεθ' ὁ σοφός. Cod. Neap. praebet ΣΕ ˜ ΟΣΟΦΟΣ. Cf. eiusdem columnae v. 29 παρίσταθ' ὡς, XLV, 39 φέρετ' ὀργή atque etiam in pausa ἐξίσταθ' ὡς.

Contra XLIV, 18 οὐδὲ παρ' ἡδύ τι προσφέρεται, ἀλλ' ὡς πρὸς ἀναγκαιότατον pausa excusari potest neque minus, si Gomperzius recte supplevit **XLVI, 22** ὀργισθήσεται · (εἰ).

Aperte Gomperzius erravit in **initio col. XLV**. Pro eo enim quod editor scripsit quodque hiatum ἀλλὰ οὐ efficit nimirum scribendum est: (ἀ)ρέ(σ)κει δὲ καὶ τοῖς ἡγεμόσιν οὐ τὸ — quod perspicue in codice extat pro eo quod Gomperzius scripsit οὕτω — (κ)α(τὰ) τὴν πρόληψιν (τα)ύτην θυμωθήσεται τὸν σο(φ)ὸν, ἀλλὰ τὸ — quod non minus evidenter in codice perspicis — κατὰ τὴν κοι(νο)τέραν.

Contra si apographo nostro fides habenda est, ad articuli formas adhuc in hiatu inventas in col. **XLV, v. 5** ὁ accedit atque id quidem ante nomen proprium positum.

Qui usus plurimis ille quidem exemplis probatur, ut XI, 18 τὸν Πλάτωνα, XII, 15 ὁ Μητρόδωρος, XVI, 14 τῆς Νιόβης, 15. τὸν Κάδμον, XLIV, 23 κατὰ τὸν Ὅμηρον, XLVIII, 38 τοὺς περὶ τὸν Ἐπίκουρον, sed conferendi sunt XXXIII, 36 ὡς Ἀντίπατρος, XXXV, 3 καὶ Ἐπίκουρος, XLIII, 36 καὶ Ἀλέξανδρος, in quibus duobus exemplis articulo addito duplex hiatus foret. Tamen non habeo cur librarium errasse contendam, praesertim cum alias articuli formas in hiatu extantes invenerimus.

Denique locum **XLIII, 32 sq.** χειρισμῷ ἕ(να μό)νον iure in χειρισμῷ τε μόνον κτλ. mutasse Spengelium Gomperzius ipse in Corrigendis concedit.

Finis loco addiderim inde a col. XLV usque ad finem excepto hiatu quem vox καί efficit nullos hiatus nos offendere Conferamus nunc quae pervestigatio quam accuratissime a me instituta nos docuerit. Benseleri rationem secutus ab elisionibus incipiam:

Litera α elisa est

in praepositionibus διά (quinquies decies), κατά (decies), μετά (bis), παρά (sexies), (pro ἕνεκα, ubi Isocrates praeterea elidit, ante vocales ἕνεκεν scriptum est); — deinde in particula ἀλλά (amplius vicies), in adverbiis μάλιστα (ter), εἶτα (XXII, 18), σφόδρα (XXIV, 17), in pronomine ταῦτα (XV, 18), denique semel in verbi terminatione μεθα (VII, 13), cetera eiusmodi vocabula et terminationes, quorum α apud Isocratem elisum est, ante vocales ponendi occasio defuit.

Deinde αι elisum est in

παρίσταται (XLIV, 29), φέρεται (XLV, 39), ἐξίσταται (XLVII, 2.).

Tum litera ε elisa est

in δέ (fere quadragies), οὐδέ (septies), μηδέ (quater), τε (bis), οὔτε (quinquies), ὥστε (XLII, 34), ποτέ (bis), μήποτε (XXIV, 5), ὅτε (XXIX, 23), ἐνίοτε (XXX, 34), γέ (V, 14), εἴτε (VIII, 22).

Verborum terminationes elidendi occasio non fuit.

Litera ι elisa est in ἐπί (ter); ο in ἀπό (ter) et in ὑπό (quater);

harum elisionum numerus minimus prae Isocrateis fuit, quod de uno libello non mirum est.

Parvus vero eorum locorum numerus est ubi leves hiatus qui simplici elisione

tolli possunt in codice remanserunt. Vox δέ, cuius literam ε fere quadragies elisam esse vidimus, septies plenam formam ante vocalem retinuit: II, 9 ΔΕΕΞΩ, XIII, 18 ἂν δὲ οὖν, XXVI, 21 (τοτὲ μέν)τοτὲ δὲ εὐνοοῦντες, XXXIV, 33 καθόλον δὲ ἰστέον — ubi Gomperzius falso legit δ'ἰστέον — XXXIV, 37 πλείω δὲ ἀποδιδούς, XXXIX, 29 εἰ δὲ ἀνέκφευκτον.

Cum vero in his locis vox δέ non semper praecipuam vim habeat quae causa vocalis retinendae esse potuerit, spero propter eam diligentiam quam ceteris locis repperimus fore ut mihi concedatur illa menda ut neglegentia librarii effecta omnino nullius momenti ad nostram quaestionem esse.

Cetera eiusmodi menda haec sunt: XXXIII, 34 ἀλλὰ οὐκ ubi ἀλλά in fine lineae positum est; recorderis α vocis ἀλλά amplius vicies elisum esse;

XXXIX, 27 τηλικαῦτα ἐμπόδιζον;

XXXII, 20 πάντα ὄκνον;

XXXIV, 23 πάντα ὅσων ubi iterum πάντα in fine lineae extat;

XXXII, 26 καλόν τε ὑπάρχειν καί;

XL, 40 τό γε οἰκεῖον ubi γέ interposito gravior hiatus duplicis ο vitatur;

XX, 38 οὔτε αὐτόκλητος οὔτε παραληφθείς

et simillimus locus

XXV, 26 οὔτε συμπόσιον οὔτε ἀποδημία . . . . οὔτε ἄλλο;

XLIV, 28 ὅτε ἐπιθυμῶν ubi Gomperzius ΟΤΕΕΠΙΘΥΜΟΙ mutavit in (οὐδ') ἐπιθυμῶν;

XXV, 28 μεθ' ὡνδήποτε ἀνθρώπων. Oppositi igitur sunt centum quinquaginta fere locis ubi vocales breves elisae sunt duodeviginti ubi vocales retentae sunt atque ita quidem, ut in legendo elidi possint.

Priusquam de hiatibus minus levibus dicam, eas quas inveni crases afferam; sunt autem hae: κἄν — saepissime extans pro καὶ ἐάν [e. g. X, 15] et pro καὶ ἄν [e. g. I, 19] — κἄπειτα (quater), κἀνακαλούμενον (XX, 5), κἀν (XXIII, 19), κἀπί (XLIV, 2), τἀπίχειρα (XII, 19), ταὐτό (ter), τἆλλα (XXIV, 32), τοὐναντίον (XXXI, 1), θατέρου, θἄτερον (XLVI, 26).

Confunduntur igitur in crasibus a Philodemo adhibitis cum insequentibus verbis vocabulum καί et articuli formae τό, τά, τοῦ.

Hiatus autem graviores Philodemus admittere solet hos:

Ac primum quidem saepius — fere vicies — καί in hiatu extat etiam in locis ubi crasis fieri possit, ut VII, 18 et XLIV, 2 in καὶ ἐπί.

Deinde hiatum efficere solent praepositiones πρό (I, 23 πρὸ ὀμμάτων de qua coniunctione supra verba feci) et περί (quater) — iam concedendum est in titulo sine offensione περὶ ὀργῆς extare potuisse — et vox ἤ (XXXVII, 29 ἢ ἀνάλογον, XL, 39 ἢ ἀλλότριον; porro in hiatu invenimus articuli formas ἡ (XVI, 15 ἡ ἀδελφή), τό (XXXVIII, 32 τὸ ἀναδέχεσθαι et XLVI, 30 τὸ ἑκούσιον), ὁ (XLV, 5 ὁ Ἐπίκουρος).

Sequuntur hiatus vocabulorum ὅτι (XXX, 12 ὅτι οὐ μόνον et XXXVIII, 2 ὅτι ἀπό) et ἄν (XXII, 22 ἄχρι ἄν).

Postremo hiatum pausa defendi tribus exemplis probatur

VIII, 22 δάσχσθαι, εἶτε;
XLIV, 18 προσφέρεται, ἀλλ' ὡς;
XLVI, 22 ὀργισθήσεται · εἰ δ'οὐχ.
Denique ei loci addendi sunt ubi Philodemus aliorum verbis usus hiatum admisit:
XXIX, 24, ἄλγη ἔθηκεν;
XLII, 28 δι 'αὐτὸ αἱρετόν.

Vides igitur Philodemum paene Isocratis studium hiatus vitandi aequare. Noli tamen oblivisci eum terminationem αι elidere solere, id quod nunquam Isocrates fecit.

Nonnullorum hiatuum Isocrateorum quos Benselerus enumerat — sc. vocum τί, τὶ, ὦ, εἰ, μή — exempla huc usque defuerunt.

Praeterea uterque hiatum in pausa ponit.

Demosthenes iam liberius agit quam Philodemus in libro quem tractavimus.

Postremo eos locos componam ubi aperte Philodemi studium sive hanc sive illam rationem ineuntis perspicimus:

XLIX, 23 ἐπειδήπερ οὐχ;
XLIV, 8 δήπουθεν εἴπαιμι, contra
XL, 23 οὗτος δήπου μετέχων.

Pro verbis ἐθέλειν et ἐκεῖνος Philodemus post vocalem formas rariores θέλειν et κεῖνος ponit, id quod Polybius quoque facere solet; cf. IV, 22 κεχρῆσθαι θέλουσι, V, 18 αἳ θέλουσαι, XLV, 17 εἶναι θέλουσι.

Praeterea Philodemus prohibet, ne litera ο vocis ὅτι cum vocali concurrat, cum idem de ultima litera ι non vereatur; cf.

XLI, 3 γινώσκει, διότι;
XLII, 36 γινώσκοντα, διότι;
XLII, 1 . . . . τι διότι, contra
XLI, 39 ἐροῦμεν, ὅτι.
Denique animum advertas
V, 11 ὧν ἕνεκεν ἰατροῖς,
VI, 21 οὕτως ἐστί,
V, 14 εἰ δὲ μή γ' ἐπ' ἴσον ubi vides γ' interpositum esse, ut simillimos vocales η et ε dirimeret.

Transeundum est ad alia Philodemi scripta atque observandum, num ibi quoque eas leges quas statuimus secutus sit quaeque inde sint efficienda.

Secundo autem loco eum librum perscrutatus sum qui est

περὶ εὐσεβείας.

Hoc opus duas partes habet, quarum altera iudicium censuramque eorum facit

quae Graeci de deis et heroibus docuerint, altera Epicuri de pietate doctrinam describit atque probare studet.

Primo aspectu Philodemus diversam in utraque parte rationem sequi videtur, cum in posteriore parte omnino leges a nobis iuventas adhibuerit, in priore hic illic neglexerit.

Cogitandum vero est priorem partem, quod est eius argumentum, refertam esse dictis aliorum scriptorum, ubi ineptum esset propter hiatus legem mutare. De eis quae praeterea offensioni sunt infra accuratius dicendum erit. Quae cum ita sint, nunc primum de priore libri parte agamus.

Elisionibus et crasibus Philodemus, ubi ipsius verba habemus, eodem modo utitur quo in libro de ira scripto.

Novae elisiones, quas quidem iam Isocrates admisit, in hac parte accedunt pag. 88. l. 13 (ed. Gomperz.) τιοῦ]τ' ἐστίν et [ἐγέ]νεθ' ἡ φρόνησις (Spengelii coni.), novae crases κἀκεῖ 83, 18 et, si editor recte supplevit, κἄνακτα 36, 19, σπ[αρ]αγ[μῶν κἀκκ]ολάψεω[ν] 37, 15, Αἰτω[λοὺς κ]ἀκαρνᾶνας 60, 6.

Iure Gomperzius 86, 31 Spengelium secutus in κἀ[ι]φθάρτους uncis significavit literam ι quam in apographo Oxoniensi revera extare videmus removendam esse. Nemo non videt hic vocabulis γεννητὰ καὶ φθαρτά (l. 28) respondere vocabula ἀιδίους et ἀφθάρτους. Non opus est, id quod Elmsleius fecit, α interponere, nam illud ι vitio librarii interpositum esse videtur propter antecedens ἀιδίους.

Denique Philodemus 41, 19 sq. scripsit καὶ τοῦ Ποσει(δῶν)ος καὶ τἀπόλ(λω)νος, quocum conferendum θατέρον illud π. ὀργ. XLVI, 26.

Priores craseon partes eaedem sunt atque supra, sc. καί et articuli formae. Hiatus quoque iidem fere sunt. Mirum in modum καί saepissime hiatum efficit, sc. amplius quinquagies, quae incuria illa quidem est, sed accumulatio tantum hiatus quem Philodemo licitum esse visum iam concessimus.

Vocabulorum πρό, περί, ἤ in hiatu positorum haec exempla habes:

88, 26 πρὸ αὐτῶν,

68, 7 περὶ ἄνθρωπον, 77, 11 περὶ αὐτῶν,

48, 10 ἢ ὡς.

Non desunt articuli formae in hiatu positae; e. g. quater legimus ὁ Φερεκύδης ὁ Ἀθηναῖος, praeterea τοῦ Ὕπνου 50, 3, τοῦ Ἡρακλέους 50, 5, ἡ Ἀθηνᾶ 59, 9, τῇ Ἀρτέμιδι 45, 20, ὁ αὐτός 80, 27, τὸ ἑρμηνεῦσαι 69, 10, τὸ ἡγεμονικόν (ter), τὸ ἐν 79, 24, τὸ ἐκ 83, 7, τὸ εἰς 85, 30, οἱ ἀπὸ Ζήνωνος 84, 8.

Novae formae accesserunt τοῦ, τῇ, οἱ.

81, 7 φησι εἶναι neglegentia librarii ortum esse videtur, cum 81, 20 extet φησιν [εἶναι] et 85, 15 φησιν ἐν.

Quae ceteroquin a librario peccata sunt, ut e. g. 66, 5 ἄπειρα ὄντα, quippe quae in legendo tolli possint, silentio praeteribimus. Non amplius sex eius modi lapsus inveni.

Postremo in pausa inveniuntur hiatus λέγεται τὰ πάντα, ἐν δέ τισιν 61, 8 et septem lineis post τἄλλα· ἐν δὲ τοῖς κτλ.

Nimirum non est quod de eis locis agamus ubi Philodemus aliorum scriptorum verba ipsa afferens interdum gravissimos hiatus praebet, ut e. g. p. 54, 134, 1 sqq. ,i. e. Od. γ 146: νήπιος, οὐδὲ τὸ ᾔδη, ὃ οὐ πείσεσθαι ἔμελλεν. Sed mirum est eum ibi quoque, ubi ipsis scriptorum verbis non utatur, hiatus in textu posuisse quos apud ipsum nondum invenimus. Ita ex Chrysippi primo de deis libro affert:

καὶ μὴ εἶναι θεοὺς ἄρρενας μηδὲ θηλείας κτλ· (79, 8);

p. 7, 34, c, 4 sq. nimirum perspicuitatis causa scriptum invenis: Κάστορα δὲ ὑπὸ Εἴδα τοῦ Ἀφαρέως κατηκονίσθαι γέγραφεν sc. ὁ τὴν Μινυάδα γράψας (34 b, 7 sq.);

p. 30, 19 sq. οἷον Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ φησιν . . . . τὴν κεφαλὴν ὑπὸ Ἡφαίστου — ὑφ' Ἡφαίστου durum esset — διαιρεῖται κατὰ δὲ τὸν Εὔμολπον ὑπὸ Παλαμάονος, tum ipse loqui pergit ἔνιοι δ' ὑφ' Ἑρμοῦ παραδεδώκασιν; denique ex Aeschyli ὁ λυόμενος Προμηθεύς oriundum est 40, 21 sq.: ὁ δὲ Ξάνθος ὑπὸ Ἡφαίστου πυρπολεῖται.

Restat, ut de eis locis agamus ubi noster ab ea lege quam huc usque statuimus recedere videtur.

Gomperzius 22, 13 sq. scripsit: [Σοφοκλῆς] δ' Αἰγίσθῳ [οὐρανὸν μ]όνον, ἐν Οἰ[νεῖ (?)] δὲ καὶ τ[ὸν Δία.

In initio omnium huius columnae versuum septem fere literae suppletae sunt, sed in eis quae ad l. 13 suppleta sunt vocabulum ἐν desidero quod ante et post habes in Αἰσχύλος ἐν Ἡλιάσιν (l. 5), Εὐριπίδης ἐν Μυσοῖς (l. 11), [Σοφοκλῆς] ἐν Οἰνεῖ (l. 15) etc. Certe hic quoque ἐν Αἰγίσθῳ scribendum est.

Tum pergendum est: Σοφοκλῆς δ' ἐν Αἰγίσθῳ μὲν οὐρανὸν — μόνον Gomperzii quod fine vocis οὐρανόν vitiato ortum esse potest supervacaneum est — ἐν Οἰνεῖ [?] δὲ καὶ τὸν Δία; cf. quae sequuntur: καὶ Σοφοκλῆς (23, 2) . . . . Κλείδημος δέ (7) . . . Μελαννιπίδης δέ (12) . . . . καὶ Τελέστης (15).

p. 31, 16 sqq. legimus καὶ τὸν [ο]μηρὸν (δ)ὲ κατὰ πολλοὺς (διη)ρέθη, ἵ(ν' ἐ)ν αὐτῷ τρέφοι τὸν Διόνυσον. Papyrus praebet pro . . . ρέθη, ἵν' ἐν αὐτῷ: ΡΕΘΕΙ ΝΑΥΤΩΙ Atqui 31, 2 sq. extat τὴν κεφαλὴν ὑπὸ Ἡφαίστου διαιρεῖται; Certe nostro quoque loco tempus praesens ponendum est, atque concedes literas traditas vix satis repugnare, quin scribamus μηρὸν δὲ κατὰ πολλοὺς διαιρεῖθ' ἵν' ἐν αὐτῷ κτλ.

Porro sine dubio reiciendum est quod Gomperzius 82, 25 supplevit (Διογένης δ'ὁ Βαβυλώνιος γράφει) . . . καὶ (παι)δ(αριώ)δ(η) εἶν(αι) θε(ο)ὺς ἀ(ν)θρωποε(ι)δεῖς λ(όγο)ν καὶ ἀδύνατον.

Locus etiam magis lacunosus est quam editor uncis significavit, sed quod in archetypi l. 25 aperte ante εἶναι litera Σ extat, Buechelerum potius sequor qui multo probabilius supplevit: καὶ παιδαριῶδες εἶναι θεοὺς ἀνθρωποειδεῖς λέγειν καὶ ἀδύνατον.

Postremo de duobus hiatibus agendum est quae in p. 85 remanere videntur ἐκεῖνοι οὐ (l. 2) et αὐτοῦ ἐστιν (l. 10).

Agitur de Zenonis discipulis qui εἰ καὶ ἀπέλιπον τὸ δαιμόνιον, ἕνα θεὸν λέγουσιν εἶναι (84, 9 sqq.), πλανῶσιν δ'ὡς πολλοὺς ἀπολείποντες (l. 16 sqq.) Ita vero inde a l. 30 pergendum esse censeo: (ἐπ)ειθ' ὅτι τοιούτο(υ)ς οὐ (μ)εμελλήκασιν — pro οὐδὲ μεμήκασιν G. quod non intellego — ἀπολείπειν οἵους (σέ)βονται (π)άντες καὶ ἡ(μεῖς ὁ)μολο(γ)οῦμ(ε)ν.

Tum Philodemus dicit hos magis Diagora delinquere; ὁ μὲν γὰρ ἔπα(ι)ξεν . . . . . . ἀλλ' οὐκ ἐπενήνεκ(τ)αι . . . . . . ἐν δὲ τῇ ποιήσει τῇ μόνῃ δοκούσῃ κατ'ἀλήθειαν ὑπ' αὐτοῦ γεγράφθαι τοῖς ὅλοις οὐ(δ)ὲν ἀσεβὲς παρενέφ(η)νεν, ἀλλ' ἔστιν εὔφημ(ος) ὡς ποιητὴς εἰς τὸ δ(α)ιμόνιον. Atqui post illud ὁ μὲν γὰρ ἔπαιξεν(l. 9) Gomperzius interposuit εἴπερ ἄρα καὶ τοῦτ' αὐτοῦ ἐστιν. In apographo Oxoniensi post καί scriptum est: ΤΟΥΣ Σ. Poesi Diagorae de qua infra agitur hic aliud literarum genus opponitur quod significatur verbo παίζειν sc. opus quo luditur. De poesi dicitur: τῇ ποιήσει τῇ μόνῃ δοκούσῃ κατ' ἀλήθειαν ὑπ' αὐτοῦ γεγράφθαι, de illo opere vero dubitatio est. Non offendo in τοῦτ' nimirum pro opere posito quo Diagoras ἔπαιξεν, sed litera Σ in fine extans neglegenda mihi non videtur. Ea vero servari potest, si propter sequens κατ' ἀλήθειαν hic scribimus εἴπερ ἄρα καὶ τοῦτ' ἀληθές — sive τοὔθ' ὑγιές — ἐστιν. Certe neuter hiatuum quos Gomperzius intulit literis traditis continetur.

In altera huius operis parte Philodemi ipsius verba ubique habemus atque videmus in ea plane eas leges valere quas huc usque a scriptore nostro observatas esse repperimus.

Sola columna p. 110 bis discrepat in l. 3 φαίνε(τ)α(ι ἰδι)ότης et in l. 12 sq. ἐν(οτ)ήτεσ[ι]ἀποτελεῖσθαι. Sed editor ipse infra annotat: „Die Ergänzung und Interpunction dieser mir zum kleinsten Teil verständlichen Columne soll nur den dringendsten sprachlichen Forderungen genügen.“ Quae cum ita sint, non est quod in ea moremur.

Hiatus articuli duos invenimus ἐν τῷ ὀγδόῳ 98, 16 et ἡ εὐσέβεια 95, 5. Ter Epicuri περὶ ὁσιότητος hac ipsa forma allata est.

Maxime autem Philodemi fugam hiatus in hac parte magna crasium copia comprobat, quarum novae hae inveniuntur: κἀκ 93, 13. 14. ταὐτά 104, 10, τοὔνομα 106, 16 τἀληθές 119, 18, τἀκεῖνα 150, 19.

Tertio loco de opere singulari agendum est quod idem Gomperzius edidit sc.

Φιλοδήμου περὶ σημείων καὶ σημειώσεων.

Huius quoque operis duae partes discernendae sunt quae separatae sunt verbis Col. 19, 4 sqq: ἡμῖν μὲν οὖν διαλεγόμενος ὁ Ζήνων καὶ λόγους τῶν ἀντιδοξαζόντων τοὺς ἐκκειμένους προεφέρετο καὶ τοιαύταις ἀπαντήτεσι πρὸς αὐτοὺς ἐχῆτο.

Agitur autem de arte argumentandi, atque in priore parte Philodemus affert quae de ea re Zenon disputarit.

In hac vero parte, de qua primum agendum, hiatus admissi sunt quos nondum apud nostrum invenimus.

Quorum gravissimum in initio ponam nimirum vocem θνητοί saepius ante vocalem positam. Legis enim 2,25 ὅταν δὲ καταξιῶμεν · ἐπεὶ οἱ — de quo hiatu post dicendum erit — παρ' ἡμῖν ἄνθρωποι θνητοί εἰσι καὶ τοὺς πάντας sc. θνητοὺς εἶναι κτλ.

Quae verba 2, 37 sq. et 3, 10 repetuntur. Deinde 3, 11 extat: καὶ εἴ που εἰσιν θνητοὶ ἄνθρωποι θνητοί εἰσιν. His addenda sunt: 34 θνητοὶ εἶναι, θνητοὶ ἂν εἴησαν, 5, 32 sq. θνητοὶ ἂν εἴησαν.

Sed animadvertas nostrum repetere quae Zenon disputarit nec est quin videat id ipsis philosophi verbis fieri necesse esse. Idem dicendum est de coniunctione quam bis invenimus (1, 4 et 14, 7) καὶ ὄντος τοῦ ἀδήλου καὶ μὴ ὄντος, de 12, 37 sqq. ἐπειδὴ κακῶς ἀξιοῖ τὰ τῆς ὁμοιότητος μὴ ἔχειν τὸ ἀναγκαστικόν atque de τὸ μὴ ἀναγκαστικὸν εἶναι 4, 31. Tertius hiatus quem in hac priore parte reperimus est ἐπεὶ οἱ quod extat 2, 26. 3, 10. 38. 33, 29.

Non minus Zenonem secutus Philodemus 3, 11 revera scripsisse videtur: (κ)αὶ εἴ που(εἰσ)ὶν θνητοὶ ἄ(ν)θρω(ποι) et ἢ ἄνθρωποι καὶ καθὸ ἄνθρωποί εἰσι (3, 31. 17, 4 alibi.)

Μή et ἐπεί iam a Demosthene in hiatu posita sunt, praeterea ὅπου quod cum Zenonis εἴ που εἰσίν conferendum est.

Contra ubi Philodemus suis verbis utitur non minus hiatum vitare studet quam in libris quos supra tractavimus. Interdum tamen editor coactus est summa audacia in hac parte pessime tradita maiores lacunas explere, quos locos iam supra diximus nos ad nostram quaestionem nihil iuvare; ne illud quidem quidquam prodesset, si eadem audacia usi lege nostra adhibita alia supplementa proponeremus. Unum gravius exemplum affero 1, 14 ἢ σὺν τ(ῷ ὃ εἴ)παμεν κτλ., ubi codex Neap. praebet ΤΟΙ ΩΠΑ, cod. Oxon. ΤΟΙΟ . . . . Α; qui locus maxime corruptus videtur.

In posteriore parte hic illic Zenonis vestigia denuo invenis, ut 28, 25 καὶ τὸ μὴ ἐπιλελογίσθαι ὅτι οὐκ ἀφ' οὗ ἔτυχεν ὁμοίου ἐφ' ὃ ἔτυχεν, οἰόμεθα δεῖν μεταβαίνειν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ μάλιστα ὁμοιοτάτου. 29, 6 sq: τὸ τὸν ἄνθρωπον ᾗ ἄνθρωπός ἐστιν φθαρτὸν εἶναι; 34, 35 καθὸ ἄνθρωπος θνητός ἐστι; novus concursus est 37, 24 ἀπὸ αἰσθητῶν ἐπ' αἰσθητὰ τῆς μεταβάσεως γιγνομένης.

Ceteroquin haec pars praeter adscitos hiatus quorum partem attuli nihil offensionis praebet, praesertim cum priore melius tradita sit.

Quoniam autem in neutra parte Philodemi ipsius verbis offendendum est nisi in locis lacunosissimis, non est quod in hoc libro peculiari diutius versemur, sed ad sequentem transibimus.

Φιλοδήμου περὶ ῥητορικῆς.
ed. Grosius et Spengelius.

Primas sex columnas quae pessime traditae sunt editio Grosiana sola nobis praebet plurimis maximisque supplementis ab editore factis instructas, itaque de eis pauca dicenda sunt.

III, 12 editor certe falso apographi ΑΤΙΟΝ in loco summa audacia restituto in (δεῖγ)μά τι ἐν mutavit.

Porro in eo offendo quod scriptum est III, 22: ὧν θαυμά(σα)ς πάλ(αι) εἰμὶ τῆς κα)τασκευῆς. Neque vocis εἰμί ullum vestigium est, nam extant literae

ΩΝΘΑΥΜΑ . . . . ΣΠΑ
ΤΑΣ ΚΕΥΗΣ,

et genetivum hoc loco improbo; malo scribere: ὧν θαυμάζω πάσας τὰς κατασκευὰς καὶ μάλιστ' ὅταν κτλ. — idem θαυμάζω pro miro illo θαυμάσας εἰμί profecto in apographi col. IV, l. 12 extat:

ΘΑΥ ΖΩ.

De priore parte col. IV. quae maximopere vitiata atque ob eam rem compluribus hiatibus, ut (εἴρη)ται (ἤ)δ(η) l. 4, ἔργῳ (εἴη) l. 7, τρα(γ)ι(κ)εύ(ετ)αι (π)η, ἐν)ὶ λόγῳ λέγ)ειν inquinata est nihil addemus nisi illud in l. 12 pro θαυμάζω δὲ ὅτι melius retineri θαυ(μά)ζω διότι (μη)τὶ Κάλλι(ππος) κτλ., quod in archetypo invenitur. Reliqua pars quae melius tradita est hiatibus vacat.

Coll. V. VI. VII. non solum pessime servatae, sed etiam col. V. lacerata est ideoque fieri non potest, ut hiatus qui nos offendant removeamus; nullum autem in eis invenis quae codice tradita sunt.

Pro μηδένα ἧφθαι VII, 10 Grosius ipse in Annotationibus alterum supplementum μὴ πᾶν ἧφθαι proponit, quod praeferendum videtur. Spengelius rem in medio reliquit.

Sequuntur nonnulli hiatus graviores X, 15 — ubi Spengelius pro Gomperzii ε(ἶ-ν)αι (ἀ)λογωτέρους scripsit εἰκαιολογωτέρους — XI, 12. 13., XIII, 3, 13, XIV, 1 ubi in codice nimis multa interciderunt, quam ut operae pretium sit expediatve alia proponere quae legi nostrae conveniant.

Deinde excepto uno loco quem editor ipse dicit valde perturbatum a se auxilio loci in Dionys. Halic. „De admiranda vi dicendi" in Dem. LV. reperti restitutum esse (XVI, 22) nullam offensionem praebent novem deinceps columnae (XV — XXIII).

Nonnumquam id quod Spengelius supplevit hiatu caret ubi Grosius hiatum intulit, sed nihil ad nos, cum utrique magna audacia agendum fuerit.

Columnae inde a tricesima tertia usque ad finem huius partis nihil offensionis praebent, itaque ad ceteras huius operis partes transeamus.

Additae sunt in editione Grosiana duae partes, quarum alteram anno 1832 instauravit edidit̃que Neapoli Aug. Ant. Scottius, tertiam anno 1835 ibid. Ant. Octavianus. Uterque editor uncis inclusit quae de suo penu dedit.

In v. 32 col. III **partis II** literae codicis ημη ex quibus editor fecit συμ(φέρει ἢ μν)ήμη nihil aliud sunt quam ἢ μή; cf. IV, 17 sq.(συ)μ(φέ)ροντα ἢ (μὴ σ)υμ(φ)έ(ρον)τα.

In hac parte tandem hiatus voce εἰ effecti — quos iam Isocrates pro licitis habuit — reperiuntur, sc. IV, 14 (εἰ ἔστι συ)μ(φέ)ροντα, ibid. 26 ε(ἰ) οὕτω, XII, 3 εἰ ὁ ῥήτωρ,

IV, 19 pro καὶ το(ῦ) συν(ό)λ(ου ἀ)ληθ(ῆ) ἢ οὐκ ἀληθῆ scribo usitatius illud τὸ σύνολον ἀληθῆ ἢ οὐκ ἀληθῆ; in v. 27 ε(ἰ) οὕτω ἄ(ν οἷοι) ἦσαν usum secutus interpono vocabulum τε, ut legatur οἷοί τ' ἦσαν; cf. VI, 23 οἵους τ' εἶναι.

VII, 7 pro οὐδὲ μὴ λαθ(ὼ)ν α(ὖ ἐπ)ιστήμων forsitan scribi possit οὐδὲ μὴ λαβὼν αὐτῆς ἐπιστήμων, i. e. neque grammaticae gnarus est qui eam non didicit; non solum vocabulum αὖ supervacaneum est propter antecedens οὐδέ, sed etiam voci ἐπιστήμων genetivus adiciendus, ut supra (v. 4) voci ἀνεπιστήμων additum est τοῦ γράφειν. Non minus pro inepto illo λαθών melius scribetur λαβών propter prius ἀναλαβών; cf. infra (8 sqq.) πολλοὶ μαθόντες ἀδυνατοῦσιν . . . . . πολλοὶ δὲ τῶν μὴ μαθόντων δύνανται.

VIII, 13 pro αἰτίαι πλεῖ(στ)α(ι, αἷς ἀν)άγκη μηκύνειν scribo αἰτίαι πλεῖσται, δι' ἅς, quod saepius apud nostrum inveni, e. g. π. ὀργ. XXXVI, 24.

Vehementer displicet XII, 5 sq.: οὐ γὰρ εἰ(ποιεῖ ἄ)ν τινας φληνάφους . . . . ἐρ(οῦμε)ν ubi scribendum est ποιεῖται (falso lectum est N pro AI).

Tertiae partis columnae inde ab initio usque ad decimam nihil omnino offensionis habent.

In sequentibus hic illic hiatus graviores in locis lacunosissimis inveniuntur, ut frustra operam consumeremus, si alia supplementa facere conaremur.

XVIII, 10 eodem iure quo π(ου) ante ὅ(ρκο)ς multa alia inseri poterunt, e. g. ποθ'.

In frg. III v. 11 (δή) ante (ἀ)ναισχύντως extans deesse aut alio vocabulo, ut δήποτ' compensari potest.

Quoniam ad finem operis περὶ ῥητορικῆς pervenimus, admonendum est unum novum hiatum in hoc amplo libro repertum esse vocabuli εἰ quem quidem iam Isocrates pro licito habuerit.

Φιλοδήμου περὶ κακιῶν καὶ τῶν ἀντικειμένων ἀρετῶν l. IX. περὶ οἰκονομίας ed. Goetlingius et Hartungius.

In hoc libro saepissime coniunctionem εὖ οἰκεῖν invenimus. In editione Neapolitana de qua Goetlingius nos certiores facit εὐοικεῖν uno vocabulo scriptum fuisse videtur, nequaquam vero causa offendendi est, cum Isocrates non veritus sit scribere εὖ οἰκεῖν (cf. Benselerum).

p. 42, 17 (ed. Goetl) elidendum est (αὔξονθ' οἱ οἶ)κοι; cf. 55, 17 γενήσεθ' ἱκανόν.

Iure G. p. 46, 4 hiatum τροφῇ, ἢ γαμετή quem H. habet vitavit hic, ut ubique

factum est, articuli formam omittens; cf. quod duobus versibus post sequitur καὶ πῶς γυνὴ τῶν ἐλευθέρων μόνον; idem 46, 22 rectius legit δύ' εἴδη, H. δύο εἴδη.

Magni momenti est Philodemum p. 47, 27 sqq. locum Theophrasti (οἰκον. cp. 5 fin.: πλείονα γὰρ ἔχουσιν οὗτοι, οὗπερ ἕνεκα τὰ τοιαῦτα ἐνομίσθη) verbotenus fere ipsius verbis inserere, sed pro graviore οὗπερ scripsisse οὗ ideoque, ne hiatus fieret, vocabulum ἕνεκα commutasse cum χάριν. Idem rectius pro πλείονα quod in libello Theophrasti extat πλέον scripsit quo οὗ referri potest. Postremo, si G. satis certe cognovit in fine inter literas θ et η lacunam esse, τὰ τοιαῦτα ἐνομίσθη Theophrasti profecto mutatum esse potest in τοιαῦτ' ἂν νομισθείη quod G. in textu posuit Iam legi nostrae satisfacit quod H. elisionem fecit τὰ τοιαῦτ' ἐνομίσθη.

Hiatum οὗτοι, οὗ Philodemus admisit, cum pausa interesset.

p. 48 init. pro (ο)ἰκο(νόμου εἴδη π)ορευομένου H. verisimilius coniecit scribendum esse οἰκονόμου προσαγορευομένου. Quid sibi vult οἰκονόμος πορευόμενος? Praeterea, ne dico de miro verborum ordine, non opus est vocabulo τέτταρα adicere substantivum εἴδη, cum Philodemus summa cum libertate utatur nominibus adiectivis, pronominibus aliis.

49, 21 G. erravit inter ὃ παρεδώκαμεν (πάντα) et ἐν τοῖς περὶ π(λού)του (λόγοις) enunciatum καθὼς ἡγεμόσι δοκεῖ inserens, quibus verbis ne lacuna quidem locum praebet.

Optime H. id quod intellegendum est nimirum Philodemum magistros suos in scribendo secutum esse profert eis verbis quae in textu posuit: ὃ παρεδώκαμεν ἀκολούθως τοῖς ἡγεμόσιν ἐν τοῖς περὶ πλούτου λόγοις.

In fine cp. XII ubi G. lacunam explere non ausus est, H. complures hiatus intulit, ut ἀρέσκει εἰπεῖν, συνείη εὐημερία quorum neuter in apographo traditus est. Equidem non minus quam G. de hoc loco restituendo desperandum esse censeo.

50, 4 H. melius omisit articuli formam ὁ a G. post ἐνοχλήσει positam. Codex literam ο non praebet.

50, 27 sq. sensui satisfacit quod G. scripsit τὸ δ' αὐτῷ (χρῆσθαι κανόνι τῷ ἐπ)όνους (φεύγειν), οὐκ ἀσφαλές, ubi H. praeter necessitatem hiatum φεύγοντι οὐκ creavit.

51, 16 verbis ὃ πολλοῦ δεήσε(ι ὑφ)ιστάν(αι) quae uterque editor scripsit iam praeponendum sit δεήσει συνιστάνειν.

51, 20 pro τοῦτ(ο εὐνό)ως utique scribendum est τοῦτ' εὐνόως; cf. 46, 22 δύ' εἴδη.

51, 26 invenis in utraque editione: ἂν δέ τις περ(ιέ)λῃ αὐτοῦ τὰς τοι(α)ύτας (δυ)σχερείας.

Sed hoc loco non minus quam in sequentibus ubi legis ἐπιβάλληται et παρασκευάζηται medii forma περιέλητ' αὐτοῦ adhibenda est, cum eius qui divitias habeat ipsius intersit id fieri, ut molestiae auferantur; eiusdem verbi formam activam alio sensu adhibitam invenis 55, 5: ὡς εἰ περιαιρήσομεν τὸ βάρος αὐτοῦ.

52, 3 G. scripsit: παρ' οἷς ἀπ(ρο)άλληκτος γίγνοιτ' ἂν δια(γωγὴ ἡ) ἑτοιμότης τῆς κτήσεως τῇ καὶ δι' αὐτοῦ κοινωνούσῃ. Nequaquam vox διαγωγή desideratur, sed significatio amicorum de quibus G. in Annotationibus verba facit. Quae cum ita sint, malo ad editionis

Neapolitanae verba redire: παρ' οἷς ἀπαράλλακτος γίγνοιτ' ἂν διὰ φιλίας ἑτοιμότης τῆς κτήσεως τῆς καὶ δι' αὐτοῦ κοινωνούσης.

52, 10 H. pro tradito δεομέ(νω)ν πολλῶν ἀγώνων hiatum gravissimum efficiens scripsit διαφερόντων πολλῷ ἀγώνων.

53, 11 H. nimio studio adductus inter μετρίου et κακοπαθήσει intulit vocem οὐ enuntiatum negativum efficiens, cum G. rectius priori alteram quaestionem adiecerit, cui respondetur verbis οὐ μήν. Idem H. temere vocem traditam σωτηρίας omisit, ut falso hiatum κακοπαθήσει ἕνεκα effecerit.

53, 21 in loco lacunosissimo improbo et G. πλούτου ὑπερβολήν et H. πλούτου, ἀλλά, non minus in versu sequenti H. κοινωνῇ, ἐμπειρίας, sed propter naturam loci non audeo alia proponere.

54, 1 non opus est quod uterque editor scripsit κακοπα(θεῖ ἐν) . . . . . τοῖς . . . προειρημένοις, immo scribendum est κακοπαθεῖ . . . τοῖς . . προειρημένοις.

55, 16 puto non minus quam sequens γενήσεθ' etiam σώζ(εσθα)ι per elisionem scribendum fuisse.

De interpretatione literarum ΟΝΩΣ 55, 27 iure G. desperavit, H. falso supplevit αὐτῷ οὐδαμῶς; idem dicendum est de 57, 16 ubi audacior H. hiatum ἀκολουθῇ ἐκ σοφίας praebet.

Contra recte H. 57, 26 papyrum et ed. Neap. secutus est scribens βελτίστη διοίκησις, G. falso, id quod ipse in Annot. concedit, βελτίστη οἴκησις.

58, 6 inter δεινο(ί) et εἶσι insero vocabulum τ', quocum conferas οἷοί τ' εἶσι. Praeterea hoc τ' coniungendum est cum κἄπειτα quod duobus versibus post sequitur.

59, 19 aut G. sequendum est qui coniecit ἐργάτα(ι μὲν) εἶναι aut lectio ed. Neap. ἐργάται γε εἶναι retinenda, utique improbandum quod H. composuit ἐργάται εἶναι.

De 64, 9 non intellego cur H. non coniungat εἰ καὶ μὴ τὸ πρᾶγμα cum λυσιτελὲς γίγνεται, quod recte G. facit. Male enim respondent Μητρόδωρος ἐπιστέλλων καὶ παραινῶν κτλ. atque εἰ καὶ μὴ τὸ πρᾶγμα, ὃ δήπου — ed. Neap. melius δήποτ' — ἀλυσιτελὲς γίγνεται. Nimis artificiose H. egit, quare G. assentior qui scripsit: εἰ καὶ μὴ τὸ πρᾶγμα δήπου λυσιτελὲς γίγνεται.

64, 12 H. melius adiungit (οὐδὲ) τοιαῦτα, G. falso((ἔστι δὲ) τοιαῦτα λόγο(υ π)ολλοῦ (οὐκ ἄξια).

Denique in sequentibus versibus huius ultimae paginae qui lacunosissimi sunt, G. hiatum (αὐτομαθῆ οἷ)κ (v. 13), H. (ἀρνεῖσθαι)οὐδ' (v. 16) intulit quorum neuter in apographo invenitur.

Ne hic quidem codicis natura ea est, ut alia supplementa conari operae pretium sit.

Eiusdem operis l. X.

περὶ ὑπερηφανίας

ed. Sauppius, Hartungius, Ussingius.

De eo libro haec annotanda sunt: V, 17 U. — quem, cum solus singulos versus in textu numeret, in numerando sequar[3]) — dissentiens a ceteris falso supplevit: ὅπερ οὐ π(οιεῖ οὐδ')ἀξίως (ἔ)χειν φαίνεται, S. ὅπερ οὐ παρὰ πολλοῖς ἀξίως ἔχειν φαίνεται, optime placet quod H. scripsit: ὅπερ οὐ πολλοῖς ἀξίως ἔχειν φαίνεται.

V, 22 ὑποπτεύεται γεν(ή)σεσθαι π(άνυ) ἄκ(αιρ)ος (S et H.) eodem modo forsitan sanari possit, si scribamus: ὑποπτεύεται γενήσεσθαι πολλοῖς ἄκαιρος. U. hunc locum non supplevit.

In versibus sequentibus H. audacissime scripsit το(ιαύ)τ(η εἰ) οἴεται οὐδέ) quorum hiatuum nullus in apographo invenitur. Facio cum S. et U. qui de hoc loco restituendo desperaverunt. Idem faciendum est de U. (λόγον) κριτο(ῦ) σο(φ)οῦ (ἔ)χ(οι) V, 44.

V, 42 aut elidendum est διδάσκεσθ' ut in sequenti verbo ἀνάσχοιτ' aut inter διδάσκεσθαι et ἀνάσχο(ι)τ' ἄ(ν) interponendum γ' vel tale quid.

H. in initio cp. 2. coniciens (αἱ ἄλ)λ(αι κακίαι ἐν)οῦσαι multo plures literas inter λ et ουσαι interposuit quam scriptae esse possunt.

Idem paulo post nimio studio supplendi adductus in verbis κ(ἄλ)λοι (ἀ)φροσύνη(ς ἔ)ρ(γ)α praeter vitium apertum quod in κἄλλοι ἔργα inest suo Marte inter ρ et α ubi lacuna non est literam γ interposuit. Non minus VI, 38 ut ceteri scribere debebat δ'ὑπερήφανος quod traditum est pro δὴ ὑπερήφανος.

Iam videmus Hartungium, id quod haud ita reprehensione dignum mihi videtur, ut Ussingius in fine praefationis censet, audacissimum editorem esse in eis supplendis quae interciderunt itaque nimirum ceteris saepius hiatus illicitos effecisse. Quae cum ita sint, de eiusmodi locis editionis Hartungianae verba iam non faciemus, nisi in aperto erit, quemadmodum hiatus removeri possit, ut e. g. VII, 20 (ed. Saupp.) pro τα(πεινοὶ) ὑπ(οπί)πτον(τες) rectius ταπεινῶς ὑποπίπτοντες aut cum Sauppio ταπεινοὶ καὶ ὑποπίπτοντες scribere potuit.

X, 37 (ed. U.) S. et H. praebent: ἀλλ' ὅμως εἴ τινα πεισθ(ῆν)αι (ἐλπίς), οὐκ ἂν ἀπεοικότως τινὰ π(εί)θοιεν. Cum autem editores illi — U. certa proponere veretur — post πεισθῆναι scripserint ἐλπίς,revera litera π subsequitur, itaque ego legere malo: ἀλλ'ὅμως εἴ τινα πεισθῆναι πάρεστι, κτλ.

XIII, 43 ita in libro extat:

παρα. λησ . . . αρεστιν
εκπαραδοξο . τ . ι . . . . . τι
ευκληριας οθεν . . . . . .

---

3) Ubi U. plures versus intermittit, S. sequor qui infra textum versus numerat.

Falso S.: παραπλήσιον γάρ ἐστιν ἐκ παραδόξου εὐεργετήματι τῆς εὐκληρίας σωθέντα, cum compluries a literis traditis recedat atque ea re hiatus παραδόξου εὐεργετήματι et leviorem σωθέντα, εἶτα effecerit.

Praeferendum Ussingii παραπλήσιον γάρ ἐστιν ἐκ παραδόξου τυχόντα sed pro eiusdem τινος quod tum sequitur pono τιν' εὐκληρίας ὅθεν δήποτε vel ὁθενοῦν quod H. praebet.

XVI, 17 S. et U. apertum errorem commiserunt scribentes (εἰς τ)ούτ(ου)ς αὐτὸν ἡ τύχη ποιήσῃ (ὑποφε)ύ;ειν i. e. effugere; immo Philodemus loquitur fieri posse, ut hominem insolentem ad eos confugere opus sit quos despiciat; itaque hic recte H. ἡ τύχη ποιήσῃ καταφυγεῖν vel καταφεύγειν; idem καταφεύγειν invenis XX, 37.

XXI, 1 H. φάσθαι ἄνθρωπον, S. melius φάσθαι τὸν ἄνθρωπον.

XX, 32 U. Coniecturam auream fecit pro καὶ διότι πολλὰ γιγνώσκειν, ὧν (ἐμπειρία) ἐκαυχᾶτο (S. H.). Nec καυχᾶσθαί τινος nec καυχᾶσθαί τινι graece dici solet, sed ἐπί τινι, nec denique, ut S. et H. locum intellegunt, imperfecto uti licebat. Recte autem U. ex ια vocis ἐμπειρία et litera quam cod. Oxon. ante ἐκαυχᾶτο praebere in Annot. affert nomen Hippiae restituit quem supra (XVIII, 27) legimus gloriatum esse se omnia posse. Sine dubio igitur cum U. legendum est ὡς Ἱππίας ἐ αυχᾶτο.

XXIII, 11 H. solus recte in

πανταγαρδεινοσσυι . α

περγασασθαι

molestissimum illud εἰ quod S. et U. inter σύ et ἀπεργάσασθαι inseruerunt ut hoc loco non necessarium omisit, contra vocem σύ graviorem fecit scribens: πάντα γὰρ δεινὸς σύγ' ἀπεργάσασθαι.

Similiter verbum in breviore enuntiato altero loco posito omissum est paulo post in καὶ γάρ αὐτὸς ἐμαυτοῦ sc. καταφρονῶ (v. 23) atque idem verbum εἰμί in ὡς ταχὺ συνῆκας, ἀλλ' ἀφνὴς ἐγὼ καὶ βραδὺς καὶ δυσαίσθητος (v. 31).

XXIII, 26 non minus probabiliter pro (του ὀτι)δήποτε quod omnes editores habent scribi potuit τινος δήποτε.

Denique non intellego cur XXIII, 42 omnes editores a literis traditis ιναχαι . . χαναρα δυνατοσω recesserint pro χαι scribentes καί atque pergentes ἐγώ, ἐὰν ἄρα δυνατὸς ὦ, μιμῶμαι. Immo retinendum est illud χαι et καν atque scribendum: οὐ διηγήσεσθέ μοι τὰς τοῦ δεῖνος συνετείας, ἵνα χαίρω κἂν ἄρα δυνατὸς ὦ, μιμῶμαι.

Nunc ad id opus transeamus quod scriptum est

περὶ ποιημάτων.

Duebnerus, qui hunc librum edidit a. MDCCCXL viris doctissimis humanissimis philologis Gothae conventum agentibus, nisi continuus decursus sententiarum quae verae sint, quae falsae arguere ei videbatur, inanes supplendi conatus facere omisit, ut permultae lacunae restent.

Videamus igitur, num in eis quae bene tradita vel a Duebnero suppleta sunt graviores hiatus inveniantur atque num ei qui insunt iure removendi sint.

Primum hiatum invenis III, 34 (μηθ'ἡγητέον) τὸν τέρποντα οὐκ ὠφελοῦντα δὲ ποιητικ(ῇ) ἐμμένειν, cum in apographo extet ποιητικεμμενειν; iam res sanata erit, si scribemus ποιητικὸν μένειν.

XVII, 2 pro ἡμέτερα δὲ (γ)ε(λάτω ὁ) ποιητῶν παιδευτὴς ἀναμφιλέκτως propter sequens ὡμολόγησε quod huic sententiae respondet scriptum fuisse potest: ἡμέτερα δ' ἐγέλασ' ὁ κτλ. Neutra lectio auctoritate apographi adiuvatur.

XVII, 26 sive tempore praesenti αἰτιῶνται utemur, ut huc usque factum est, sive Duebnerum sequentes ἠ(τ)ι(ῶντο) scribemus, certe ante (ο)ἴμαι elisio adhibenda est.

De XXIV, 8 (αἰν)ίττε(ται), ὃ φ(λ)υαρ(εῖ) qui quidem locus eodem modo sanari potest, tamen pauca addenda sunt. Vides in fine v. 8 scriptum esse ην. Quare ita potius restituendum est: εἰ μὲν τοὺς περὶ τὸν Ἐπίκουρον ᾐνίττετο, φλυαρὸς ἦν οὗτος καὶ γέγονε καὶ γενήσεται . . . . ἀσυμφανής. Animadvertas etiam in sequentis sententiae posteriore parte de hominibus disseri, non de re.

XXIV, 15 etiamsi probabimus quae D. coniecit, tamen hiatus λειπόμ(ε)ν(οι) ὅλως iam vitabitur, si vocabulum γ' interponemus, id quod hic aptissime fieri potest, ut scriptor dicat: carentes illi quidem plane intelligentia etc.

De XXIV, 34 διὰ τοῦτ(ο ἔξ)ω nemo non concedet Philodemi esse scribere τοῦτ' ἔξω et XXVI, 30 τοῦτ' ἔλεγεν.

Quod editor XXVI, 2 post ῥυθμοῦ nullo literarum vestigio nisus vocem αὐτὴν inseruit, nihil nos monere potest, cum pro αὐτήν hoc loco supervacaneo eodem iure e. g. τινός inseri vel alio modo hiatus vitari possit.

XXVI, 8 sqq. D. audacissime supplevit: παραι(τοῦμ)α(ι), ὁμολογούντων ἄτεχνον εἶναι λό(γ)ῳ (τε)τριμμένῃ δια(ν)ο(ίᾳ ἀπ)ωστόν, sed eodem iure ponere possumus extitisse διάνοιαν, ut subiectum eius enuntiati habeamus quod ab ὁμολογούντων pendet; ceterum non audeo certa de hoc loco conicere. Ne prior quidem hiatus παραιτοῦμαι, ὁμολογούντων qui quidem pausa lenitur in codice invenitur.

Sed XXVII, 1 adnotandum est εὐαρεστεῖν coniungendum esse cum dativo, non cum ἐν, itaque pro οὐχ ὅταν εὐαρ(ε)στή(σῃ τ)αύτῃ (ἐ)ν ἐπιδείξει, ubi iam verborum ordo offensioni est, scribo ταύτῃ τῇ ἐπιδείξει; cf. septem versibus post (v. 8) εὐαρεστεῖν ταῖς ἀκοαῖς.

Contra concedendum est Philodemum XXVII, 25 et 33 verba φύσει ὑπάρχοντα et φύσει ὑπάρχειν, quippe quae sine dubio alibi coniuncta invenerit, segregare noluisse.

Sed hiatum multo graviorem XXVIII, 2 παρα(δ)έχεσθαι τὴν διάνοιαν τῇ (ἀλη)θεσ(τάτῃ ὁδῷ) quem editor nulla literarum auctoritate nisus intulit, utique reiciendum esse iudico. Hoc unum afferre satis habeo in codice pro τηι scriptum esse τηα quod eodem iure cum τήν aut τῆς commutari potest, quoniam ea quae sequebantur exceptis literis θεσ omnino perierunt.

Omnino Duebnerus inde a col. XXX usque ad finem a libro restituendo destitit

aliis delegans, ut huius scripti sospitent quae sospitanda essent. Equidem acquiesco in confirmando hic non magis quam in prioribus columnis illicitam vocalium concursionem inveniri quae nos cogat, ut ab eis legibus recedamus quas a Philodemo de hiatu adhibitas esse contendimus.

Transeamus ad id opus, cui titulus est:

Philodemi **de musica** librorum quae extant.

In manibus mihi est editio Kemkiana anno 1884 facta; praeterea cognovi quae ante eum (a. 1806) v. d. de Murr de huius operis libro IV. scripsit necnon quae in libello 1885 edito Th. Gomperzius ad editionem Kemkianam adnotavit.

In hoc opere solito maior numerus hiatuum graviorum invenitur qui literis traditis confirmari videntur, sed animadvertas Gomperzium Kemkio opprobrio facere (p. 12) eum non raro a literis traditis discrepare neque id ullo verbo aut uncis significare; cuius rei exemplum affert tertii libri 29, 3 ubi K. temere neglectis chartae signis scripserit γελάτω ἔτι, cum in libro inveniantur literae ΤΕΜΤΩ. Idem factum videtur l. IV, IV, 20 fin. ubi inspicienti codicis exemplar quod de Murr libro suo addidit lacuna esse videtur, ut fortasse pro ὅσον quod editores scripserunt extiterit ὁπόσον.

Certe hanc Kemkii rationem in usum nostrum conferre debebimus. Agamus igitur de eis locis qui hiatus illicitos praebere videntur.

Libri I. 1, 32 in hiatu verborum ὅ(τι βούλεται καὶ ὅτ)ω ἔοικεν τῶν (ἀξιολόγων) μιμημάτων haud ita vehementer offendo, cum Kemkius probarit haec ipsa verba e Plat. leg. II. p. 669 E deprompta esse.

ibid. 6, 2 κινεῖ ἄ(λλ)ο πάθ(ος) ἐ(κ) ut in loco incertissimo falso lectum videtur; literae ΕΙΑ eiusdem vocabuli fuisse possunt.

Certe elidendum est in his locis:

19, 11 τοῦτ' ἐξ ἀλλήλων.

21, 16 sq. δύ' αἰσθήσεις.

libri III, 11, 6 τὸ τοιοῦτ' εἶδος

libri IV, XXI, 8 γίγνεθ' ἡ τιμή.

Ad 28, 22 ubi K. scripsit: „fortasse“ (ἀ)λλ' ἡ μ(ουσικὴ δυ)νατὴ (ἐστιν παραμυθεῖσθαι) κτλ. annotandum est Philodemum saepissime formam ἐστιν omittere, quod hic quoque fieri potest, nisi eam alio loco ponere malemus.

In **libri III** col. 22 Gomperzius (p. 17) bis rem sanavit verisimilius coniciens in v. 9 pro Kemkii σκληρία(ἀλλά) — σκληρίαν οὕτως et in v. 15 pro κατοκνε(ῖ ἐκ) — κατ' ὄκνον καί.

Liber quartus melius servatus est prioribus, ut non eadem audacia in supplendo opus fuerit qua ante. Videamus igitur quatenus hic ab offensionibus vacuus habendus sit aut auxilio argumentorum satis probabilium liberari possit.

IX, 20 in ἀλλὰ τῆ(ς ψυχ)ῆς αὕτη ἐ(σ)τὶ μᾶλλον ἤπ(ε)ρ ἡ (τ)ῶ(ν κ)αθελκόντων iam hiatus evanescit, si e. g. pro αὕτη ἐστί. scribemus αὐτῆς ἐστι.

X, 37 inter καὶ μαντικὴ et ὑπὸ τῶν στωικῶν ἀξιουμένη τιμῆς γ' inseri potest.

De XI, 26 a Kemkii partibus sto qui, cum G. proposuerit scribere (τὸ)γὰρ λε(λέχθαι ἀπ)ὸ Μουσ(ῶν) μουσικ(ὴν) κτλ., melius praebet εἰ γὰρ λέγουσιν ἀπὸ Μουσῶν μουσικὴν κτλ. quod eundem sensum habet et offensione caret.

In libro quarto

de morte

scripto tribus locis offendendum est, sed nusquam in literis traditis.

Primus locus est XIII, 16 sq. (καὶ μὴ) κατ(ὰ) τὴν ἡλικίαν (ε)ὐθ(ηνοῦσι) τραφῆν(αι οἴ)κοις. In versu 17 nimiae lacunae sunt quam ut operae pretium sit aliud supplementum proponere. Certe Philodemus aut elidendo aut alio modo hunc hiatum vitavit.

Altero loco editor ipse enuntiatum quod XVI, 4 incipit: τίς δ' ἂν διαφόρως πρὸς τοῦτο κακ(ῶς ἔ)χοι κτλ. ubi in v. 6 mirum illud μ(ὴ) ἐγ δοξῶν extat ad finem non perfecit.

Tertio denique loco a Meklero digrediendum est, qui scripsit XXXIII, 25: τί γὰρ δ(ε)ῖ λέ(γειν) . . . . (ἢ το)ὺς ἕ(νε)κα συνήθων πλέοντας (τά)φου; (ἐ)κε(ί)νους μέντοι (ν)ὴ τὸν Δία καὶ ψέγειν κτλ.

Forsitan scribendum sit:

τί γὰρ δεῖ λέγειν . . . . . τοὺς ἕνεκα συνήθων πλέοντας σοφούς; tum pergendum: ἐκείνους μέντοι κτλ.

Quod ad XXIII, 10 sqq. attinet, nimirum hiatus Homerici sunt retenti, ut offendum non sit.